Sed neque fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arua
Quid enim furor hoſticus ulla
Uellet prior arma mouere
Cū uulnera ſeua uiderent
Nec premia ſanguinis ulla
Utinam modo nr̄a riderent
Hos in mores tempora priſcos
Sed ſeuior ignib; aethne
Feruens amor ardet habendi
Heu primus quis fuit ille
Auri qui pondera tecti
Gemmasq; latere ualentes
Pretioſa pericla fodit.

II 6 Nouimus quantas dederit ruinas
Urbe flāmata patrib; q; ceſis
Fratre qui quondam ferus interempto
Matris effuſo maduit cruore
Corpus et uiſu gelidū perrans
Ora non tinxit lacrimis. ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris
Hic tamen ſceptro populos regebat
Quas uidet condens radios ſub undas
Phebus in extremo ueniens ab ortu.